

1937

P O L E M I C I.

1938

*weil sie das ampt halten in der kbirchen vor der Cbristlichen gemain, das sie vnnnd wir nicht gefunden werden, als die vndanckbarn gottes vergessene schwirmer, Sacrament schender, widertauffer, schwenckfelder, Osianderisten, boese Christen, vnnnd alle keczzer. Wie auch die vnuerschampten Zwinglischen thuen &c. Ita et Papam, Cardinales, Episcopos &c. emendari solum vult. In ultima adlocutione ad Maximilianum de Pictore suo, quod arti pepercisset, conqueritur. At is nullam sane habuit. Rifum movet fol. 21. p. 2. Petrus Malchi auriculam praefecans, lineo, quod vocant, Superpellicio indutus, et multa alia. Fortassis et Tiara pontificia fol. 65. splendide deaurata ad votum Tullingii non fuit.*

CCCCXCVIII.

830 Codex chartaceus germ. Sec. XVI. Folior. 72. 8. nitide scrip-

tus Opuscula II. continet *Benedicti Tulling* illius, de quo *Cod. praeced.* actum est. Priore iterum ad *Maximilianum* II. a. 1565. directo contra invalescentem Vitae intemperantiam et dirum execrandi imprecandique morem maxime in castris usitatum declamat, eique adtribuit, quod haenus contra binos Hostes: *den erschrocklichen graussamenn turckenn, vnnnd den mortlichen beslichenn Muschkawiter* parum effectum fit, subjectis etiam confiliis, quibus his malis mederi conveniat. Altero, quod inscribitur: *Feldt Buchlein vor die Junge kriegesleut*, item anni 1565. Vitae christianae normam Militibus tradit. Rationes omnes e sacris Literis repetit, indeque loca plurima recitat, immixtis passim rhythmis, quorum ut specimen aliquod adscribam, postquam sub finem dixisset, se desertum ab uxore pessima in fumam inopiam incidisse, quod expectandum erat, subdit:

*Wo nun mein allergenedigister Herr  
Mich begnaden wolt so seher  
Mich versecben mit einem Ibar gelt  
Wie das Ibrer Maiestat gefeldt  
Oder mit einer Prouision oder Prebent  
Wie solches Ire Maiestat erkenndt &c.*

se plus quam 20. annis per *Zelandiam, Hollandiam, Brabantiam, Flandriam, Germaniam* et *Galliam* variis Dominis serviisse, agere nunc annum sexagesi-

mum, viribus et oculorum acie sensim destitui, et quae sunt hujusmodi una Satirici confessione expressa:

*Paupertas impulit atrox,*

*Ut versus facerem.*

CCCCXCIX.